UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Titul. 11. Exempla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Luc.21.

oculi, vt verificetur illa Chriſti ſententia: *Et capil-*
capite veſtro non peribit, etſi nonniſi vnicus vel ſolus
eſſet capillus ad vitam tuam ſpectans, non tranſiret
examine & judicio Dei.

EXEMPLA.

Tit. XI.

Iacob. de Paradiſo.

RElígioſus quidam defunctus alteri apparuit Reli-
gioſo fratri ſuo, eique tribus dixit vicibus: *Nemo*
credit, nemo credit, nemo credit, & interrogatus quid
eſſet, quod nullus crederet, reſpondit defunctus: *Nemo*

Rigor Dei in judicando.

credit, quàm ſtricte judicet Deus, & quàm ſeverè
quibus dictis diſparuit.

Ioan. Aegid.

Prælato quodam peſſimæ vitæ gravi & periculoſo
morbo oppreſſo decumbente, ingreſſus eſt cubiculum
ejus *Curſor cum lancea dicens, citat te ſummus Pontifex*
vt venias ad judicium. Et ſine more conductus ad
judicium Dei, ibidemque circa perſonam ſuam, vt &
ca animas ſibi commiſſas examinatus, & quia in omni-
bus reus & culpabilis inventus, ſubitò etiam judicatus
& condemnatus fuit.

De ſuccurſu & auxilio B. Virginis in morte, & in judicio.

Tit. XII.

Eccleſ. c. 6.

IN *omni animo tuo accede ad illam, & in noviſſimis*
venies requiem in ea, & convertetur tibi in oblectatio-
nem. Quibus verbis docet nos Spiritus ſanctus, quan-

Maria agonizantium confortatrix.

do in noviſſimis noſtris, in morte, nimirum, & judicio,
magno amore & fiduciá recurrere debeamus ad ſanctiſ-
ſimam Dei Matrem, promittitq; eo tempore nobis
non pacem duntaxat & quietem, verùm etiam lætitiam
& gaudium. Quamobrem ſanctiſſima Mater noſtra
lum dicitur *electa vt Sol*, ſed etiam *pulchra vt Luna*,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN